

## Aduertencias para

Beatae Mariæ concessum ab Apostolica Sede  
est, et quicquid in futurum concedatur eis-  
dem Fratribus Augustiniensibus concessum  
sit. Itaque Fratres huiusmodi eisdem conces-  
sionibus perpetuo uti possint, perinde ac si eis  
nominatim concessę essent. Ita habetur in Sup-  
plemento. Or. fol. 67. concess. 212. et refert Ar-  
chiepiscopus verbo, hoc nū. 22.

40 ¶ Idem Iulius statuit, ut quicquid Indul-  
gentiarum et gratię Fratribus et Moniali-  
bus mantellatis et corrigiatis Ordinis Ere-  
mitarum Sancti Augustini concessum est, id  
omne virique sexui concessum intelligatur  
viris, scilicet atque mulieribus: dummodo à  
Generali, vel Priore, aut Rectorē alicuius lo-  
cī dicti Ordinis auctoritate gratię assequen-  
dę facultatem obtinuerint. Ex Compen. Ar-  
chiepiscopi. num. 19.

41 ¶ Idem Iulius in alio Breui prædictis Au-  
gustiniensibus directo posuit sequentē clau-  
sulam. Communicationem quoque priuilegio  
rum cum alijs Ordinibus omnibus firmans  
et roboramus volentes priuilegia nostra om-  
nia integre et ad verbum ut sonant plenissi-  
me, atq; inviolabiliter ubique gentium obser-  
nari. Ex Compen. Archiepiscopi. num. 21.

42 ¶ Leo